

Data III idus Aprilis, anno dominice incarnationis millesimo LXX, indictione VIII, anno autem ordinationis domini quarti Henrici⁵⁾, XVI, regni vero XIII. Actum Goslari in Dei nomine feliciter amen.

Aus dem liber feudorum AC, pag. 35 (nach Copie von 1311) im bischöflichen Archiv zu Treviso. — 1) Cod. Bernte. 2) Cod. halbertacensis. 3) Cod. inllustrissimi. 4) Cod. Udelgero. 5) Cod. Velrici. — Nicht bei Stumpf (verschieden von St. 2733), ungedruckt.

7.

Heinrich IV. verleiht dem Patriarchen Heinrich von Aquileja das Bisthum Triest mit dem Rechte den Bischof zu erwählen, zu investiren und zu inthronisiren und gebietet dem Clerus und Volk, das dem König schuldige servitium an den Patriarchen zu entrichten. 1081, Juli 20, Lucca.

Henricus divina favente clemencia rex. Si loca venerabilia quodam privilegio dignitatum et honorum a regibus et summis viris sublimata gloriosa virtute religiosorum primatum et inibi p̄sidentium, hoc exigente nostrę largitatis munificentia, more et exemplo priorum venerando sublimaverimus, et ad nostri nominis regnique honorem et ad aeternę retribucionis incrementum id spectare non dubitamus. Proinde volumus omnium Christi nostrique fidelium tam futurorum quam presentium memorię commendare, qualiter nostram excellenciam noster fidelis Henricus venerandus patriarcha adiit obnixe postulando, quatenus nos pro amore divino et pro eius famulatu devotissimo Aquilegensem ecclesiam, cui ipse p̄sidet, aliquo nostrę largitatis munere ditaremus et veneremur. Annuentes igitur eius non indignam petitionem et etiam ob interventum filii nostri Conradi, et fidelis nostri Bruocardi Lausanniensis episcopi et cancellarii consilio, et sub testimonio eorum ceterorumque fidelium nostrorum, scilicet Teodaldi¹⁾ Mediolanensis archiepiscopi, Dionysii Placentini, Cumberti Taurinensis, Oggerii Ipporiensis²⁾, Milonis Pataviensis, Reynoldi³⁾ Bellunensis, Rolandi Tarvisiensis, Hezelonis Vicentini episcoporum, Wecelonis, Biverardi⁴⁾ nostrorum capellanorum, Rainerii, Adalberti, Hugonis marchionum, Joannis de Vider, Babonis, Gebahardi⁵⁾, Marquardi nostrorum militum p̄fate ecclesię, nomini sanctę Dei genitricis Marię et sancti Hermacore specialiter attitulate necnon p̄dicto patriarchę et successoribus suis pro remedio nostrę anime nostrorumque parentum Tergestinum⁶⁾ episcopatum in provincia Istrię situm cum omnibus suis appendiciis nostra regia auctoritate attribuimus, attribuendo in proprium donamus et in perpetuum transfundimus, ita quidem ut p̄dictus patriarcha suique successores quicquid ad nostri iuris opus pertinebat ipsi possideant et